



lorum nullus possit intrare. Claves autem regni
celorum ipsam discernendi scientiam potentiamque
nominari quia dignos recipere in regnum indignos
secludere debere a regno. Unde manifestum sub
jungit: ¶ Et quodcumque ligaueris super terram
erit ligatum et in celis: et quodcumque solueris super
terram erit solutum et in celis. Que solvendi atque
ligandi potestas: quibus solum petro videatur a deo
data: absque ulla tamen dubietate noscendum est:
quia et ceteris apostolis datur ipso teste qui post re
surrectionem passionisque triumphum apparet eis:
insufflavit et dixit eis: Accipite spiritum sanctum:
Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: et
quorum retinueritis retenta sunt. Necnon etiam
nunc in episcopis ac presbyteris omni ecclesie officii
cum idem committitur: ut videlicet agnita peccan
tium causas quoscumque humiles ac vere peniten
tes aspexerit: hos iam timore perpetue mortis abs
soluat. Quos vero in peccatis que egerint persiste
re cognoverit: illos per bennibus supplicis obli
gandos insinuat. Unde alias dominus de corde
pro semel et iterum: et tertio: sed non penitentie fra
tre precipit dicens: Si autem ecclesiam non au
dierit: sic tibi sicut ethnicus et publicanus. Et ne
leve quisque putaret ecclesie iudicia condemnari:
mor: terribiliter adiunxit: Amen dico vobis: quicun
que ligaueris super terram erunt ligata et in
celo: et quicunque solueris super terram erunt sol
vuta et in celo. Omni ergo lectorum ecclesie: iuxta
modum culparum vel penitentie: ligandi ac sol
vendi datur auctoritas. Sed ideo beatus petrus
qui christum vera fide confessus: vero est amore
securus specialiter claves regni celorum et prin
cipatum iudicarie potestatis accepit: ut omnes per
ordem credentes intelligant: quia quicumque ab
vinitate fidei vel societatis illi: quolibet modo se
meritipso segregant: tales nec vinculis peccatorum
solvantur: nec ianuam possunt regni celestis ingredi.
Unde nos necesse est tota intentione fratres charissimi
miter fidei quam docuit sacramenta discere: et co
gruentia fidei opera demonstrare. Necesse est om
ni vigilantia multiplices subtileque portarum ins
feri cavere insidias: quatenus iuxta psalmiste vos
cem de his adiuvante domino eripi: atque ad an
nunciantias eius laudes porte filie sion: hoc est
gaudia superne civitatis mereamur intrare. Nec
sufficere nobis ad salutem arbitremur: si turbis
negligentium vel quorumlibet indoctorum fide vel
actibus ad equemur: quibus in litteris sacris vni
ca est credendi pariter et vivendi regula prescri
pta: sed quoniam cum nobis errantium ingerun
tur exempla: nos confestim avertentes oculos men
tis nostre ne videant vanitatem: magis quid ves
tias ipsa decernit sedulo corde scrutemur: sequen
tes exemplum beati petri: qui speris errantium
sectis: vere fidei archanus: quod cognoverat indu
bia oris confessione protulit: inseparabilis cordis
cura servavit. Nam de fiducia confessionis hoc lo
co cognovimus: de virtute autem vniice in christi
stam dilectionis ipse alibi testatur. Qui cum discer
derent ab eo quidam discipulorum: eius diceret
ille ad duodecim. Nunquid et vos vultis abire?
Respondit ei petrus dicens: Domine ad que ibi
mus? Verba vite eterne habes: et nos cognovi
mus et credimus quia tu es christus filius dei vivi.
¶ Qui ergo fratres mei pro modulo nostro ex

emplum si imitari satagimus: et nos cum illo be
ti et appellari et esse valebimus: nobis quoque sumo
nis hoc est obedientis christo nomen congruet
nos propter simplicitate fidei non fite: acceptaque
a domino gratiam virtutum filii columbe vocabi
mur: congaudentesque ipse spiritualibus anime nos
stre profectibus diceret: Quia pulchra es amica mea: ¶
¶ pulchra es: oculi tui columbarum. Sicque fit ve
nobis supra petram fidei: aurum argenti: lapsi
deus preciosos: hoc est perfecta virtutum opera co
struuntibus: nil tribulationum ignis detrimenti
afferat: nulli tempraionis turbine presaleant:
quin potius aduercificationibus probati: accipiamus
coronam vite: quam ipse nobis ante promisit: qui
vixit et regnat deus cum patre in vnitare spiritus
sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

In annunciatione beate Marie
vel potius in aduentu domini.
Sermo beati Augustini.

Uos inquam con
uento o iudei: qui usque in diem negastis filium dei. Nonne vos ves
tra est illa quando cum vidistis miracula facien
tem: atque temptates dicebatis: Quousque animas
nostras suspendis? Si tu es christus dic nobis
palam. Ille autem vos ad considerationem mira
culorum mittebat dicens: Opera que ego facio ip
sa testimonium perhibent de me: ut christi testimo
nium dicerent: non verba sed facta. Vos autem non
agnoscentes saluatorem qui operabatur salutem
in medio terre vestre: adhaerentes in malo astites:
Tu de te ipso testimonium dices: testimonium tu
um non est verum. Sed ad hec ille quid vobis
responderit aduertere noluit. Nonne scriptum
est in lege vestra: quod duorum hominum testimonium
verum sit? Preuaricatores legis incedite legem.
Testimonium queritis de christo. In lege vestra
scriptum est: quod duorum hominum testimonium
verum sit. Procedant ex lege non tantum duo sed
etiam plures testes christi: et conuincant auditos
res legis: nec facientes: dicite facta testimonium chri
sti. Ecce virgo inquit in vtero concipiet: et pariet
filium: et vocabitur nomen eius emmanuel: quod
interpretatur nobiscum deus. Accedat et alius te
stis. Dicet tu hieremia testimonium christi: Hic
est inquit deus offeret: non estimabitur alii: absque
illo: qui inuicit omnem viam scientie: et dedit eas
iacob puero suo: et israel dilecto suo. Post hec vis
sus est in terris: et cum hominibus conuersatus
est. Ecce duo testes idonei ex lege vestra: ex quorum
testimonio non sunt compuncta corda vestra. Sed
alii atque alii ex lege christi testes introducantur:
ut frontes durissime inimicorum conterantur.
Veniat et ille daniel sanctus: inuentus quidem erat
senior: vero scientia ac mansuetudine: conuincat
omnes falsos testes: sicut conuicit seniores impu
dicos: ita suo testimonio: christi conterat inimicos.
Dic sancte daniel: dic de christo quod nosti.
Cum venerit inquit sanctus sanctorum cessabit
vinctio. Quare illo presente cui insulantes diceba
tis: tu de te testimonium dices: testimonium tu
um non est verum: nisi quia ipse est qui venerat san